

Johannes Vorst Laurentius Ludenius

An Lingua Hebraea Cananaeis, Antiquissimis Palastinae Dominis, Vernacula Fuerit

Rostochi[i]: Richelius, 1652

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740000810>


Druck Freier  Zugang



R. v. Meel 1652

Vorskius, Johann

Von Lüden, Laurentius



ΣΥΝΘΕΩ.
AN LINGVA
HEBRÆA CANA-
NÆIS, ANTIQVISSI-
MIS PALÆSTINÆ DOMINIS,
VERNACULA FUERIT,
CONSIDERATUM

ET
IN ILLUSTRAC. ACADEM. ROSTOCHIENSI
PLACIDÆ VENTILATIONI
SUBJECTUM

A
M. JOH. VORSTIO, *(inscribit)*

ET
LAURENTIO LUDENIO
HEIDA DITHMARSO,
AD DIEM VI MARTII,



ROSTOCHI,
Typis Johannis Richelii, Senat. Typogr.
Anno M. DC. LII.

*AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO, ET
EXCELLENTISSIMO VIRO,*
DN. JOHANNI BOYER / J. U.
DOCTORI, SEPTENTRIONALIS
DITHMARSIAE PRÆTORI AC
PRÆSIDI PROVINCIALI:
*PER QUAM REVERENDIS, CLARISSIMIS,
AC DOCTISSIMIS VIRIS,*
DN. PETRO LUDENIO, ECCLE-
SIAE WEDDINGSTADENSIS PASTORI,
ET CÆTERARUM BOREALIS DITHMARSIAE
ECCLESIAARUM PRÆPOSITO, PATRUO,
DN. M. HENRICO GUNTHERO,
ECCL. WESSELBURANÆ PASTORI,
ET REV. MINISTERII BOREALIS DITHM.
SENIORI, AFFINI ET SUSCEPTORI,
DN. M. JOHANNI WILDIO,
ECCLESIAE HEIDENSIS PASTORI
DN. M. HENRICO FISCHERO,
ECCLESIAE LONDENSIS DIA-
CONO, AFFINI:
*CONSULTISSIMO, PRUDENTISSIMO,
ET SPECTATISSIMO VIRO,*
DN. HENRICO FABRICIO,
OMNIBUS AC SINGULIS FAUTORIBUS,
PROMOTORIBUS AC PATRONIS SUIS
DISSERTATIONEM ISTAM ACADEMICAM
OBSERVANTIÆ ET TESTANDÆ NUNCUPAT
LAURENTIUS LUDENIUS,
HEIDA DITHMARSUS.

מעשה ירינו כוננה עלינו
ומעשה ירינו כוננהו:

Controversiam observare licet à Viris doctis agitari de lingvâ Hebræâ, quâ codices sacri sunt perscripti, utrum S. Abrahamo ejusq; majoribus vernacula ea fuerit, an verò isti genti, ad quam ex Chaldæâ commigrare jussus fuit Abrahamus, hoc est, Cananæis. De quâ controversiâ cum & nobis non supervacuum videatur dispicere, eam excutiendam sumere nunc est animus. Illico igitur profitemur, nos cum illis facere, qui lingvam Hebræam credunt Cananæis fuisse vernaculam: S. Abrahamum autem à Cananæis eam didicisse, cum ad ipsos commigrasset, atque ita postilla familiæ ac posteris Abrahami quoque vernaculam fuisse eandem lingvam. Ut verò de adversis sententiis eò rectius judicari queat, pauca quædam de ipsis gentibus præmittere operæ fuerit pretium. Principio notum est, primos homines, qui post cataclysmum vixerunt, certas occupasse sedes, hasq; appellationem sortitas fuisse ab illis ipsis hominibus. Vulgo *παχυλῶς* ita loquuntur, Japheto cessisse Europam, Semo Asiam, Africam Chamo. Quod tamen non ex omni parte est verum. Chami filii in cap. X Gen. hi memorantur, *Chus, Mizraim, Put, & Canaan*. Semi verò ibidem memorantur isti, *Elam, Assur, Arphachsad, Lud & Aram*. Ab horum igitur Chami ac Semi filiorum plerisque omnibus ipsæ regiones denominatæ sunt in sacris literis. Ægyptum vocari *מצרים ארץ*, & sine addito *מצרים*, vulgò notum est. Illam item regionem quæ posterioribus seculis Palæstina vocata fuit, dici *ארץ כנען* terram *Canaanis*: itemq; sine addito *כנען*. Quæ appellatio nec profanis

A

Scri-

Scriptoribus ignota fuit. Nam ex Eusebii libro I. *περὶ ἰστορίας*. c. 10. scimus, Sanchuniathonem Berytium, & ex eo Philonem Byblium, qui Sanchuniathonem Græcè vertent, eandem regionem vocasse *Χνῆ*. Stephanus item *ἐπιπλά*. sic habet: *Χνῆ, ἕως ἢ Φοινίκη καλεῖται*. Porro à Canaane omnes posteri dicti sunt *אֲרָמִים* nomine generali. Vide Gen. X, 18. Iidem verò etiam strictioribus appellantur à Canaanis filiis, qui in Gen. X ibidem recensentur, à Sidone, inquam, Cheth, Jebusi, Emori, Gergosi, alijsq;. Dicuntur quidem Chittæi, Jebusæi, Emoræi, Gergosæi. Vide Gen. XV, 19, 20, 21. ubi Abrahami posteris possessio Palæstinæ destinatur.

2. Ex Semi filiis *Aram* denominationem dedit latissimis plagis, quæ postea Syriæ & Mesopotamiæ nominibus fuerunt dictæ. Solent quippe nomini *Aram* *אַרָּם* quædam addi, ut quæ regio denotetur, eò rectius intelligatur. Dicitur quidem *אַרָּם נַחְרַיִם* *Aram fluviorum* hoc est, ea pars *Aram*, quæ inter duos fluvios Euphratem & Tigrim jacet: quæ à profanis Scriptoribus consimili nomine *Μεσοποταμία* dicitur. Dicitur item, *Aram Damasci*, *Aram Zoba*, *Aram Maacha*. Neque appellatio *Aram* profanis Scriptoribus planè incognita fuit. Strabo libro I *Γεωγραφικῶν*: *τὰς ὑφ' ὧν Σύρος καλεῖται, ἔσ' αὐτῶν τ' Σύρον Ἀραμαίης καλεῖται*. Et libro XIII: *οἱ ἢ αὐτῶν Σύρος Ἀραμῆς δέχονται, ἔς νῦν Ἀραμῆς λέγεται*. *Arphaxadi*, alterius cujusdam ex filiis Semi posteri, confederunt in istis plagis, quæ ab altero Semi filio, *Aram* nimirum, denominationem acceperant. In *Aram* puta *Nabaraim*, hoc est, Mesopotamiâ, Quod liquidò apparet ex Gen. XI, ubi quippe legitur, *Tharam cum familiâ suâ, atque adeò ipso quoque Abrahamo, ex Ur Chaldæorum commigrasse in Haran* (fuit ea *urbs*

urbs regionis *Aram Nabaraim*, ut ex Gen. XXIX & al. factis liquet) cumq; inibi aliquandiu egisset, diem ibidem obiisse supremum. In proximo verò sequente cap. legimus, Abrahamum, ab ipso Deo jussum, reliquisse familiam suam & veteres sedes, Haranoq; sive Charris migrasse in terram sive regionem Canaan, hoc est, Palæstinam: quam & Cananæitum temporis tenuerunt, ut in ejusdem capituli v. VI legitur.

3. Eo igitur tempore quo in Palæstinâ jam versabatur Abrahamus, Rex alicujus terræ Canaan sive Palæstinæ partis fuit *Abimelechus*; alterius cujusdam *Melchisedekus*: ille quidem Rex Gerar, urbis, quæ in meridionali Palæstinæ plagâ fuit, hic verò Rex Salemi; quæ urbs & Jebus, & Jerusalem in sacris literis appellatur. Nam quòd nuper Vir Cl. Petrus Cunæus in lib. III de Rep. Hebr. c. 3. contendit, Melchisedekum fuisse ipsum Filium Dei, sive secundam personam Trinitatis, id meritò repudiatur. Sanè simplex illa S. Moysis narratio aliter nos jubet credere. *Melchisedek*, inquit, *Rex Salem protulit panem & vinum, & ipse erat Sacerdos Dei altissimi, & benedixit ei, & ait: Benedictus Abraham Deo excelsio, qui creavit cælum & terram. Et benedictus Deus excelsus, quo protegente hostes in manu tuâ sunt. Et dedit ei (Abrahamus) decimas ex omnibus.* Quòd porrò quidam Veteres, & eos secuti recentiores quidam, Melchisedekum fuisse Semum, Noachi filium, atque ad eò inter ipsius Abrahami majores, id itidem parum credibile est. Sanè quòd in Gen. XV. legimus, quomodo Melchisedekus exceperit Abrahamum, à pugnâ reversum, id non obscurè ostendit, rem longè aliter se habere. Deinde isti opinionum opidò sanè advertum est illud, quòd in epist. ad Hebræos c. VII Melchisedekus dicitur *ἀνεκλόγητος, ἀνάρχος*

ἴσως ἀμύτωρ, μήτε δεχλὼ ἡμερῶν, μήτε ζωῆς τέλος ἔχων. Ea nimirum omnia rectissime vulgò sic intelliguntur, talia de Melchisedeko in sacris literis non esse annotata. De Semo autem contraria omnia sunt vera; cujus quippe genealogia in sacris literis satis clarè est exposita: initium item ac finis vitæ.

4. Duo igitur isti Reges, quos ex Cananæis fuisse haud temere quis dubitaverit, nomina habuerunt prorsus Hebraica, sive ad analogiam Hebræi idiomatis formata. Unius quidem est מלכִי־שׁוּׁלַם. Quod nomen proprium ex duabus vocibus, ut alia quædam, est compositum, Posterior pars sine controversiâ purè Hebraica est. Neque minus item prior. Nimirum ex מלך, cum in fine Jod adjicitur, prorsus talis sit forma: ut nim. duo Segolim sic mutantur. Ne verò quis dubitet, considerentur etiam alia quæ ei gemina sunt. Cum Israëlita jam per aliquot secula Palæstinam tenuissent, Saulus suo filio indidit nomen מלכִי־שׁוּׁלַם I. Sam. XXXI, 2. Inter Jechoniæ Regis filios fuit מלכִי־שׁוּׁלַם, I. Par. III, 18. Inter filios Aser fuit מלכִי־שׁוּׁלַם Gen. XLVI, 17. מלכִי־שׁוּׁלַם Jer. XXI, 1. Quorum nominum primum interpretamur, *Rex salutis*: alterum, *Rex excelsus*: tertium & quartum *Deus, Fab, sive Jehova Rex est*. Ipsum nomen מלכִי־שׁוּׁלַם interpretatur Autor ep. ad Hebr. c. VII. βασιλεὺς ἰσχυροῦς. Apparet in compositis istis nominibus priori parti additum esse jod, eoq; quasi copulâ eam partem cum alterâ cohærere. Apparet item, מלכִי־שׁוּׁלַם genuinum Hebraicum, sive ad analogiam Hebrææ L. formatum esse. De altero nomine dubium itidem esse nequit, id merè Hebraicum esse: compositum ex אבִּי pater, & מלך. Prior pars nominis istius compositi in hoc itidem assumit quandam quasi copulam,

lam, quâ posteriori cohæreat, estq; totum nomen אבימלך. Idem nomen ipsi Israëlita quoque suis indiderunt, cum in Palæstinâ jam considèrent. Nimirum inter Gideonis filios & Abimelebus fuit, qui parenti parùm similis regnum affectavit, paucisq; annis per vim tenuit. Ceterum ut vox אבי in isto nomine apparet, ita eadem apparet quoque in aliis, ut in אבישור, Jos. XVII. v. 2. & alibi, אבינור, I. Sam. XXV, 40. אבינדב, I. Sam. VII. v. 1. אבירם, Num. XXVI, 5. אבישלום, I. Reg. XV, 2. אבישישע, I. Par. IV, 6. In his omnibus פֿod priori parti sic affixum est, ut in Abimelech. Apparet igitur in nominibus propriis ita solere fieri, sive in unam vocem coëant duæ quædam quæ nomen proprium constituunt, sive separatim ponantur. Non autem habet vim pronominis possessivi ut in aliis habere solet. Non, inquam, sic vertendum, ut quidam volunt, Pater meus Rex est; sed, ut dixi, est quasi gluten, quo nominum propriorum compositorum prior pars adhæret alteri. Non tamen semper additur, sed quandoque modò. Imò in quibusdam promiscuè vel additum vel omissum est. Inter superiora quæ recensuimus, est etiam אבשלום: quod etiam sic potuit exprimi sine פֿod, אבשלום. Ut verò superiorum nominum priori parti פֿod adjicitur, sic & aliis itidem prioribus nominum partibus, idem illud adjicitur. Exempla habes in אחישמע, אחיקם, אחימלך, אלישור, אלימלך, ארנירם, ארניקם. Quandoque in פֿod vocis הֿ per Dages exprimitur, ut apparet in nominibus מלכיהו, ארניהו, חוקניהו, צרניהו.

5. Cum igitur liquidò appareat, prædictis duobus Regibus, qui utique ex Cananæis fuerunt, Abimelecho, inquam, & Melchisedeko, Hebræa nomina fuisse indira à suis, colligi sanè ex eo licet, ipsos Cananæos Hebræâ dia-

rosodung

lecto fuisse usos. Ad quod ipsum amplius firmandum, profuerit plura istiusmodi nomina, quæ à Cananæis fabricata & merè Hebraica sunt, considerare. Quadringentis circiter annis post Abrahami, Melchisedeki & Abimelechi ætatem, familia Jacobi, nepotis Abrahami, majorum suorum sedes repetere atque occupare iussa fuit, expullis his qui ad ea usque tempora tenuerant, Chananæis puta, Chittæis, Hevitis, Pherefitis, Gergositis, Amorrhæis, Jebusæis. Tum verò itidem Hebræa nomina personis atque locis reperimus indita fuisse ab ipsis Cananæis. Principio multæ urbes habuerunt nomina ex voce בית composita. Inter quæ etiam est בית לחם , nomen urbis, quæ postea in tribu Judâ fuit, quæq; multis nominibus satis nota est. Fuerat ea urbs antea dicta בית לחם אפרათ *Ephrata*. Sic enim legimus in Gen. XXXV, 19. *Sepulta est in viâ quæ ducit Ephraïm, hæc est Bethlehem.* Liber Geneleos scriptus utique est, antequam Palæstina occuparetur ab Israëlitis, atque adeò antè etiam, quàm ab iisdem nomen urbi potuit imponi. Colligi igitur licet, nomen *Bethlehem* ab ipsis Cananæis, qui tum cum Moyse ista scriberet, Palæstinam insidebant, ei urbi, quæ antea Ephrata dicta fuerat, fuisse inditum. Ceterum nomen istud, ut facillè apparet, merè Hebraicum est; utraque, inquam, pars ejus. Vocula בית eam ipsam formam habet, quam habere solet, cum in regimine ponitur: & *domum* significat. לחם verò & ipsum Hebraicum est, & significat *panem*. Ut totum nomen, si interpretari velis, *domum panis* significet; & inditum sit, ut conicere licet, ob fertilitatem loci. Propheta Michas in cap. V, ubi illud oppidum designat, vocat *Bethlehem Ephrata*; veteri nomine ejusdem urbis additò, quod aliquid non absimile significare

gnificare videtur, ortum sc. à rad. פרוּ fructificavit. Ad-
ditur autem ipsum vetus nomen ad alterum, ut istud oppi-
dum distingvatur ab alio cognomini, quod in tribu Za-
bulon fuit, de quo Jos. XIX, 15. Alia nomina urbium,
quorum prior pars est vocula בית, sunt ista, בית פרט
Jos. XV, 27. בית דגון v. 41. בית הערבה v. 61. Horum pri-
mi pars posterior habet itidem usitatam nominum for-
mam. Et quamvis ipsa alibi non occurrat, licet tamen
facile conjicere, eam significare *evasionem*, *liberationem*,
quemadmodum פליטה, ortum nim, à R. פלט *evasit*.
Secundi nominis pars posterior est nomen idoli, de quo
in plurimis locis legitur. Ut ita opidum eo nomine di-
ctum fuerit, quòd idolum Dagon in eo coleretur. Ce-
terum reperiuntur etiam duæ istæ voces sic conjunctæ,
ubi unum nomen proprium non constituent, Nam I.
Sam. V, 2. בית דגון significat *domum* sive *ædem* illam in quâ
ipsum idolum consistebat, quæq; Azoti, quadam Philis-
tæorum urbe, fuit. Terti nominis utraque pars appel-
lativum nomen est. Posterior verò ערבה, genuina iti-
dem Hebraica est, & significat *campestris*, itemq; *solitudinem*.
Quarum significationum prior hîc videtur obtinere.
Sunt & plurima alia id genus nomina, quorum prior pars
vocula בית est. Quorum nonnulla in codicibus etiam
N. T. occurrunt, ut Βηθαεαρι, Βηθανία, Βηθεσδα, Βηθσαιδα,
Βηθσαϊν: quæ excutere nunc nobis non lubet.

6. Porro vero tum temporis, cum Israëlitaë in Palæsti-
nam primò venirent, multa opida fuerunt, quæ nomina
habuere, quorum prior pars est קרי, genuina itidem
Hebraica, in regimine posita, & *urbem* significans. For-
ma extra regimen est קרי, quæ & ipsa sic legitur. Inter
ista igitur nomina est קרי ארבע, Jos. XV, 13. Quod si
vertere

vertere velis, ita fuerit vertendum, *Urbs Arba*. Pars enim posterior est nomen Domini urbis. Quod ex eo intelligitur, quod cum Jos. XV, 13. ipsum nomen urbis positum esset, mox additur עֲנַק נָבִי *patriis Anak*. Sed ista denominatio urbis à Domino suo haud diu videtur obtinuisse. Addit quippe sacer Scriptor in proximo prædicto loco, הִיא הַבְּרִיזָה *hæc est Hebron* (hæc urbs, quæ *Kirjath Arba* appellata fuit, cum Israëlita in Palæstinam venirent, est illa ipsa, quam *Hebron* appellare solemus.) Alia nomina, quibus opida tum appellata fuerunt, cum Israëlita in Palæstinam venirent, quorumq; item קִרְיַת אֶבְרָם prior pars est, sunt ista, קִרְיַת סֵפֶר Jos. XV, 15. קִרְיַת סֵנָה v. 49. קִרְיַת סֵפֶר v. 60. Horum primi pars posterior est & ipsa genuina Hebraica, significans *librum, recensionem, literas*. Græci Interpretes totum nomen vertunt sic, πόλις γραμμάτων. Latinus similiter, *civitas literarum*. Sed nomina propria in versionibus non debebant apparere versa; quod aliàs quoque rectè observant isti Interpretes. Latinus, quamvis hîc verterit nomen, præmisit tamen ipsum nomen non versum, *Kirjath Sepher*. Ceterum hoc nomen postea desuisse apparet, cum Israelita Palæstinam jam tenerent. Sic enim habent verba Jos. XV, 15. *Inde conscendens (Caleb) venit ad habitatores Debir, quæ prius vocabatur Kirjath Sepher. Dixitq; Caleb, qui percusserit Kirjath Sepher &c. Idem opidum videtur item dictum fuisse קִרְיַת סֵפֶר, quod prædictorum secundum est. Nam in Jos. XV, 49. ita legitur: Kirjathsanna, hæc Debir* (id opidum quod nunc *Debîr* vocatur). Tertium istorum trium videtur posteriorem partem habere nomen ficti Dei *Baal*, quem Cananæi coluerant, & postea quoque quidam באל־סֵנָה Israelita. Ceterum huic tertio fuit item aliud nomen, nimirum קִרְיַת

קרת יצרי. In Jos. XV, 60. ita legimus: *Kirjathbaal*, hæc *Kirjathjeirim* (hæc est illa urbs, quam nunc vulgò *Kirjathjeirim* appellamus.) Id nomen an ab ipsis Israëlitis credemus fuisse opido impositum; an verò jam antè fuisse usurparum unà cum altero? Nobis non satis liquet. Quia tamen in Jos. IX, 17. unà cum aliis veteribus nominibus recensetur, verisimile videtur, unà cum altero ejusdem urbis nomine fuisse frequentatum. Si vertere velis, sic fuerit vertendum, *Urbs sylvarum*: uti & Latinus Interpres fecit. Nam **יצר** *sylvam* significat. Aliud nomen urbis **קרת חצור**; pro quo postea frequentatum fuit *Chazor*, uti reperimus dicti cap. v. 25. Utraque pars istius nominis itidem Hebræa est. Prior quidem videtur esse plurale à sing. **קרת**. Posterior habet formam **קרתים**. Fuit item locus nomine **קרתים**. Quod duale est à singulari **קרת**. Et quidem jam Abrahami ætate: vel certè Moyfis. quippe in Gen. XIV, 5. legimus Zuzim & Emim coluisse in *Save Kirjathaim*. Quidam putant **קרת** esse nomen appellativum, vertuntq; in *campis Kirjathaim*. Quod a, cognoscimus, plurimas urbes habitatas fuisse à Cananæis, quorum nomina ex **קרת** sunt composita, ei simile apud alias quoque gentes observare licet. Græca sunt *Κωρσενδινίαπολις*, *Αδελμιάπολις*, *Νεάπολις*. Hebræi habent vocabulum **קרת**, quod & ipsum significat urbem. Ab eo est forma Syriaca & Chaldaica **קרת**, quæ in quarundam urbium nominibus apparet: ut in *Tigranocerta*, urbis Armeniæ. Habet & nomen *Carthaginis* priorem partem sui ex voce **קרת**. Pars verò posterior ejusdem nominis mirè corrupta est à Latinis. Licet conjicere, eam esse ex nomine **קרת** *novus*. Occasionem conjiciendi præbent Solinus,

B

& Ser-

& Servius, qui nomen urbis sic interpretantur, *urbs nova*. Et Solinus quidem etiam *Carthada* vocat: ut jam כרד ex כרד appareat. Verba ejus in c. XXX ita habent: *Carthaginem Elissa mulier exstruxit, domo Phœnix, & Carthadam dixit, quod Phœnicum ore exprimit civitatem novam*. Græci dixerunt καρχηδόνα . In quo jam duæ literæ ex כרד apparent, ח & ד . Priorem autem nominis partem Græci non retinuerunt integram, quemadmodum Latini; literam ח videlicet negligentes.

7. Sunt inter ista nomina, quibus opida Palæstinæ appellata tum fuerunt, cum Israëlitarum in eam primò venirent, plurima quoque alia, quæ genuina Hebraica esse facile intelligi potest. Et quamvis de significatione, ac ratione impositionis non semper perinde liquere possit, ipsa tamen vocum forma facile indicat, eas esse genuinas Hebræas. Non pigror quædam adhuc recensere. In cap. XII libri Josuæ recensentur plurimi Reges, & quibus in urbibus eorum sedes fuerint, indicatur. Earum urbium unius nomen est חברון , quod genuinum Hebræum est, & *malum, pomum* significat. Alterius nomen est ביתר , quod *maceriem, sepem* significat. Nomen urbis חברון genuinam formam Hebræam habet: quid autem significet, liquere adeò non potest. Radix חבר ignota non est. Sic etiam formam Hebraicam satis manifestam habent חברון , חברון , חברון , חברון , חברון . Similia enim sunt his factis notis, חברון , חברון , חברון , חברון . Plurima quoque alia tum in proximo prædicto, tum in seqq. capp. reperies, si modò attendere velis, quæ genuinam formam Hebraicam habent; talia quoque quorum item significationem ac rationem impositionis odorari possis.

8. Porro verò ad nomina personarum non nihil etiam attendenda-

attendamus. Illo igitur ipso tempore, cum Hebræi in occupandâ Palæstinâ occupati essent, fuit in Palæstina, atq; adeò inter Cananæos Rex quidam nomine אדניבֶּסֶק, ut ex cap. I. Jud. intelligimus. Ejus nominis prior pars est itidem purè Hebraica, formata quidem à voce אדני, cujus *Kamez* in Chateph. mutatum est, quia voci additum est *Jod*. Hoc verò sic est additum, ut etiam aliàs fieri amat in nominibus propriis formandis. Sic enim dicitur מלכ־צֶדֶק, אֲדִיבֶּסֶק, אֲדִיבֶּסֶק I. Reg. IV, 6. Posterior pars nominis *Adonibefek* est nomen ipsius loci, ut ex dicto cap. Jud. apparet. Totum igitur nomen significat *Dominum Befek*. Sub ingressum Israëlitarum in Palæstinam Rex Jerusalem fuit אֲדִיבֶּסֶק, ut ex Jos. X, 1. scire licet. Ejus nomen itidem compositum est ex vocibus Hebraicis, & usitatâ formâ. Id verò observari dignum est, quod ætate Abrahami *Melchizedek* Rex Salem sive Jerusalem fuit; aliquot seculis post *Adonizedek*: quòd, inquam, duo ista nomina posteriorem sui partem prorsus eandem habent: priores item partes אדני & מלכי cognatas significationes habent. Prius quidem istorum nominum sacer scriptor in ep. ad Hebr. ita interpretatur, βασιλεὺς δικαιοσύνης. Quare & posterius licet sic interpretari, κύριος δικαιοσύνης, *Dominus justitiæ*.

9. Satis, credo, ex his quæ dixi, apparet, Cananæos & locis & personis imposuisse genuina Hebraica nomina. Ex quo igitur proclive est colligere, eosdem Cananæos & Abrahami ætate, & aliquot item seculis post, cum Israëlitzæ in Palæstinam quasi posthuminio venirent, eâ ipsâ lingvâ fuisse usos, quâ usi fuerunt Israëlitzæ, quaq; sacræ literæ sunt perscriptæ. Quid autem rei tam apertæ de nominibus propriis obvertatur à doctis, id breviter nunc

vidid

B 2

confi-

consideremus. Nic. Fullerus, ubi de nostro argumento
 agit, in quarto puta Misc. c. 4. ita differit: *Uti nomina illa*
(Curbium & locorum) universa purè Hebra sint, tamen ullum ex
eis vel Cananæum esse, vel à Cananæis impositum, pernegamus. Quin
potius vetusta ab indigenis Chananæis indita nomina ab Hebræis, in
easdem sedes succedentibus, Hebraico more postmodum prolata, & ex-
posita, iidemq; à divinis illis scriptoribus, sacrarum literarum monu-
mentis mandata fuisse asserimus. Non negat Vir Cl. prædicta
 nomina esse purè Hebraica. Contendit autem non esse à
 Cananæis imposita, istis quidem ipsis vocabulis; sed
 cum Cananæi in eandem sententiam nomina indidissent
 ex suâ Lingva, Israëlitas postea sensum quidem nomi-
 num retinuisse, alia verò ex suâ Lingvâ supposuisse vo-
 cabula quæ idem possent significare. Ad eum ferè mo-
 dum id factum fuerit, quo Longinus nomen auditoris sui
 Syriacum ܨܝܪܝܘܬܐ permutavit Græco cognatæ signifi-
 cationis Ἡεροδωτοῦ : quo item Apostolus Simon שמונ inter
 Græcos dictus fuit Πέτρος . Sed non persvadebit Fulle-
 rus, ut prædicta nomina non à Cananæis, sed ab Israëlitis
 credamus fabricata esse. Id verò perplacet, quòd negare
 non sustinet, nomina ista, quæ recensuimus, Hebraica
 esse. Nunc item in proclivi est ostendere, nequaquam
 ea ab Israëlitis esse imposita. Inter cætera quæ recensui-
 mus, est etiam nomen urbis בית לחם , pro quo initio
 frequentatum fuisse aliud nomen, ex Gen. XXXV, 19:
 scire licet, nim. nomen בית רחל . Verba sacri Scriptoris
 ita habent: *Sepulchra est (Rachel) in viâ, quæ ducit Ephratham,*
hæc est Berblehem (ea urbs quæ tum Ephrata dicebatur, est
ista quæ nunc dum hæc scribo, Berhlehem dicitur.) Quis
 verò sacer iste Scriptor? Ipse utique Moyses; is qui de-
 cessit, anteq. Israëlita in Palæstinam penetrassent, & ur-
 bibus

bibus nomina indere potuerunt, quiq; igitur librum quoque antè scripsit. Neque verosimile est, Moysen cum ista scriberet, vaticinatum fuisse de futuro urbis nomine, ab Israëlitis demum, cum hi in Palæstinam penetrassent, indendo. Ita quidem hic foret intellectus verborum: *Via quæ ducit Ephratham, quæ mox cum Israëlita in Palæstinam penetraverint, Bethlehem appellabitur.* Sed is intellectus, credo, nemini non incommodus videbitur. Quamobrem aliter facere non possumus, quam ut statuamus, urbem ab ipsis Cananæis *Bethlehem*, nomine purè Hebraico, fuisse dictam. S. Micha in quinto cap. ubi de Salvatore mundi Bethlehemi in lucem edendo vaticinatur, ejusdem urbis utrumque nomen conjungit, vocatq; *Bethlehem Ephrata.*

10. Consideremus cætera quoque nomina, quæ diximus à Cananæis esse fabricata, atque urbibus imposita. Id igitur verum esse quod diximus, ex eo satis, credo, intelligitur, quòd sacri Scriptores haud obscurè significant, ea ipsa nomina esse vetera, eaq; aliis postea fuisse permutata, aut certè unum ex duobus desuisse frequentari. In lib. Josuæ c. XV, 15. legimus: *Et ascendit inde (Caleb) ad habitatores (incolas) Debir: & nomen Debir prius Kirjathsepher.* Quis non colligat ex his, qui ea legerit, eam urbem, quæ Debir dicta fuit, cum Israëlita Palæstinam jam tenerent, antea dictam fuisse *Kirjathsepher*, quàm iidem in Palæstinam venissent? Ipse Caleb cum primùm de istâ urbe occupandâ cogitaret, his verbis usus fuisse legitur in eodem capite v. 16: *Qui percusserit Kirjathsepher (cui utriusque jam tum illud nomen erat, & jam antea quoque fuerat) dabo ei Axam, filiam meam, uxorem.* Alia ejusdem capituli & proxima quidem superiora, sic habent: *Caleb verò, filio Jephunne*

dedit partem in medio filiorum Juda, sicut praeceperat ei Dominus, Kirjath Arbah, patris Enak, haec est Hebron. Ex his apparet urbi alicui Palæstinæ Hebron fuisse nomen, cum sacer liber perscriberetur: eandem verò antea aliud nomen habuisse, nimirum Kirjatharba. Quod igitur nos contendimus impositum atque frequentatum fuisse, antequam Israëlita in Palæstinam venirent. Ipse iste Vir, à quo urbs denominata fuit, Arba puta, pater fuit Enaki, qui utique ex Cananæis fuit. Jam verò minimè est verosimile, Israelitas à devictis gentibus nomina voluisse indere urbibus: & non potius ipsum Arbam urbi à suo nomine fecisse nomen Kirjatharba; quemadmodum Constantinus M. urbi à se ampliatae nomen indidit $\kappa\omega\nu\sigma\tau\alpha\nu\lambda\acute{\iota}\nu\epsilon\pi\omicron\lambda\iota\varsigma$. Sed facile concesserit Fullerus, ipsum conditorem indidisse nomen urbi in eandem sententiam, ita quidem, ut pro Hebraicâ voce Kirjath usurpaverit aliud vocabulum, lingvæ quidem sibi vernaculæ. Contendimus igitur amplius, illo ipso Hebraico vocabulo Kirjath usum fuisse dominum urbis. Quis, quæso, credat, sacros Scriptores non voluisse urbes ab Israëlitis occupatas appellare istis nominibus, quæ urbes habuerint antea? Quis item credat, Israelitas, si urbium vetera nomina abolere studuissent, non potius substituisse nomina prorsus alia, atque diverso intellectu, quàm vetera nomina voluisse modòvertere, & sic versa retinere? Si verò obtineret Fulleri sententia, certis nobis non liceret esse, varia ista nomina urbium, quæ in libro Josuæ recensentur, earum urbium revera fuisse, antequam Israëlita in Palæstinam venirent, sed omnia ad unum habenda forent pro nominibus versis. Hoc autem fieri nequitquam potest. Multa quippe nomina quæ in libro Josuæ memorantur, leguntur itidem in libris
Moy-

Moyſis, ejus, inquam, Viri, qui in Palæſtinam unâ cum cæteris non venit, ſed antè deceſſit. Nomen *Hebron* legitur Gen. XXIII, 19. *Sepelivit Abraham Saram, uxorem ſuam, in ſpeluncâ agri duplici, quæ reſpiciebat Mamre: hæc eſt Hebron in terrâ Canaan.* Tria igitur nomina unius urbis obſervare licet, *Mamre, Hebron, Kirjatharba.* Ex quibus vetuſtiſſimum eſt, *Mamre*: ei proximum, *Hebron*: tertium autem eſt noviſſimum, & ab *Arba* demum impoſitum, brevi tempore antè, quam Iſraëlitæ in Palæſtinam venirent. Quod ex eo intelligi licet, quòd Iſraëlitæ tres filios Enaki, atque adeò nepotes Arbæ, ex Hebrone expulerunt, ut proditum eſt Joſuæ XV, 14. Sic & alia nomina urbium, *Jericho, Ai, Gibeon* frequentata fuerunt, antequam Iſraëlitæ in Palæſtinam venirent. Quid verò multis eſt opus? Conſiderentur modò ipſæ illæ locutiones ſacrorum ſcriptorum; *Kirjatharba, hæc eſt Hebron.* Item: *Kirjathbaal, hæc eſt Kirjathjeirim* Joſ. XV, 16. Item: *Kirjathſanna, hæc eſt Debir, v. 9.* Nihil ſanè aliud ex his intelligere poſſumus, quàm eas urbes, quas Iſraëlitæ *Hebronem, Kirjathjeirim, Debir* appellarunt, tum cum ipſi primum in Palæſtinam venirent, atque adeò jam antea habuiſſe hæc nomina, *Kirjatharba, Kirjathbaal, Kirjathſanna.* Vetera nomina, inquam, exponere voluit ſacer ſcriptor, & ſimul ſignificare quibus nominibus tum appellarentur opida, cum ipſe ſcriberet. Quis autem credat, ipſum vetera nomina antè voluiſſe vertere, quam ea recenſeret, & non potiùs genuinam formam, quam ex Cananæorum dialecto habuerunt, nobis demonſtrare?

11. Si verò de nominibus urbium nos concederemus, ea ab Iſraëlitis verſa fuiſſe, atq; permutata talibus quæ eandem modò ſententiam haberent; ne ſic quidem deceſſet,

quo

quo ostenderemus, Hebræam linguam Cananæorum fuisse vernaculam. Scimus etiam nomina propria virorum, & Regum quidem Cananæorum, quæ purè Hebraica sunt, neque ullâ verisimilitudine dici possunt pro aliis supposita fuisse ab Israëlitis; nomina, inquam, *Melchizedek*, *Abimelech*, *Adonizedek*, *Adonibefek*, de quibus suprâ jam diximus. Quis credat nomen Melchisedeki, Regis Salemi, atque ad eò ex Cananæi oriundi, non fuisse idem illud, quod tali formâ apparet in sacris, מלכ־עֶדֶק? Quem putabimus ei Viro nomen immutasse, & pro alio nomine, quo vulgò dictus fuerit, quodq; ex Cananæâ linguâ fuerit petitum, indidisse ipsi istud Hebraicum? an Abrahamum? an verò ipsum Moysen? Nihil ejus enim vero ullo pacto dici potest. Deinde etiam ne utiquam credibile est, cætera nomina, *Abimelech*, *Adonizedek*, *Adonibefek* non fuisse istorum Virorum, quibus tribuuntur, sed eos habuisse alia nomina, quorum idem modò intellectus fuerit. Memorat S. Scriptura plurimorum aliorum Regum nomina, Regum, inquam, Ægypti, Syriæ, Moabitarum, Ammonitarum, Chaldæorum, aliorumq;: quæ sanè omnia genuinâ suâ formâ apparent in sacris literis, neque sacris Scriptoribus ea visum fuit vertere, antequam in literas referrent. Talia sunt, Pharaos, Sisak, Necho, Hophra, Benhadad, Hazaël, Nachas, Eglon, Nebucadnezar, Evilmerodach. Quemadmodum igitur hæc nomina apparent totidem literis ac syllabis, quot apud varias gentes illa habuerunt: ita etiam credamus nomina Melchizedek, Abimelech & cætera totidem literis ac syllabis apparere, quot literis ac syllabis ea expressa fuerunt ab ipsis Cananæis.

12. Atque ita tutum, credo, præstitimus illud, quo
probare

probare institueramus, Lingvam Hebræam Canaan
vernaculam fuisse. Licet verò idem illud aliunde
que probare. Nimirum ex eo quòd Hebræa L. i
saiã c. XLIX v. 17. disertè dicitur שפת כנען labium (ling
Canaan, hoc est, Canaanorum. Adscribam verba Prophe-
tæ: In die illâ (tempore N. T.) erunt quinque civitates in terrâ
Ægypti, loquentes lingvâ Canaan, & jurantes per Dominum exerci-
tuum. His utique prædicitur, Ægyptios sese applicaturos
esse ad veram Ecclesiam, & conversum iri. Id exprimi-
tur hac שפת, loqui lingvâ Canaan. Cujus utique hic intelle-
ctus est, cum Israël (quo nomine tota Ecclesia N. T. sæpè
significatur) familiariter vivere, atque sic agere, ut ipse Israël agit,
hoc est, fidelem esse & in Christum credere. Ita quoque
simul apparet, lingvam Israëlitarum, hoc est, Hebræam,
dici lingvam Canaan. Quod quo intellectu dicatur, dispi-
ciendum est. Nos dicimus, lingvam Canaan vocari, quòd
Canaanai olim eâ fuissent usi. Quem intellectum repudiant isti,
qui contendunt, Hebræam L. Canaanorum vernaculam
non fuisse. Fullerus ita: Lingvâ Canaan significat lingvam,
non populi Chanaanai (qui propriè dicuntur כנעני, Jod calci nominis
adjecto) verùm terra Canaan, (sic quippe vox Canaan in Scripturis
Ex. XV, 12. usurpatur) hoc est, habitatorum terra, qui jam diu
erant Israëlita. Non equidem nos negabimus, nomen Canaan
posse significare ipsam regionem, quæ alibi ארץ כנען
terra Canaan appellatur, ipsius primi occupatoris nomine.
Si nullum ejus rei exemplum produci posset, satis tamen
ex aliis intelligi posset, vocem aptam esse ad id significan-
dum. Sic n. & מצרים dicitur pro ארץ מצרים, & ארם pro
ארץ ארם, & ארץ עלם pro ארץ עלם. Sed contrà neq; hoc nega-
ri debet, כנעני posse significare Canaanos, sive posteros Canaanis.
Quid frequentius est in sacris literis, quàm nomen au-
toris

C

toris

toris alicujus familiae poni pro ipsâ familiâ? Sic מואב significat *Moabitas*, sive posteros Moabi: עמון significat *Ammonitas*: יהודה significat *posteros Juda*: ישראל posteros *Israëlis*. כנעני דו, quod Fullerus allegat, patronymicum est: facitq; pluralem כנענים. Sic & יהודה fit יהודי Esth. III, 8 & porro plurale יהודים v. 6. Quoniam igitur certum est, כנען posse utrumque significare & *terram Canaan*, inquam, & *Cananeos sive posteros Canaanis*, dispiciendum, quæ significatio obtineat in isto כנען שפת *lingua Canaanis*. Nos dicimus, id significare *linguam Cananeorum*, quod Cananæi eâ usi fuissent. Fullerus contra contendit, intelligendam esse *linguam regionis Canaan*, & amplius μετσωπίαε *linguam ipsorum habitatorum qui tunc erant*, cum Esaias ista scriberet, hoc est, *Israëliitarum*. Cogitandum igitur, an *Palæstina tum quoque*, cum Esaias scriberet, dici potuerit *terra Canaan*; tum, inquam cum Cananæi non amplius tenerent, & *Israëlitæ jam tenuissent per multa secula*. Alibi sanè sacri Scriptores, ubi historiam componunt talium quæ post occupatam ab *Israëlitis Palæstinam* usu venerunt, ארץ יהודה & ארץ ישראל, itemq; יהודה & ישראל; non ארץ כנען aut כנען, quemadmodum tempore Abrahami, atque item Moysis fieri solebat. Ille ipse quoque Propheta, qui שפת כנען habet, in eodem capite ubi id ipsum habet, vocat ארמת יהודה *terram Judæ*. Neque igitur verosimile est, ipsum eandem regionem mox voluisse appellare isto nomine, quod à veteribus Dominis atque incolis, *Cananæis* puta, ea regio olim habuerat. Deinde & hoc cogitandum, quantis ambagibus deveniendum sit ad illud quod Fullerus vult. Primò *Canaan* ex ejus mente significat *terram Canaan*; per metonymiam *primi occupatoris ac Domini regionis pro ipsâ regione*. Deinde

per

per aliam demum metonymiam subjecti pro adjuncto, & regionis quidem pro incolis, significabit ipsos incolas, qui Israëlitarum tunc erant.

13. Denique ad nostram sententiam demonstrandam cogitandum & hoc proponimus, quod scire licet, Pœnorum in Africâ linguam Hebrææ valde cognatam fuisse; atque adeò ipsorum quoque Phœnicum, qui in Asiâ prope Israëlitas, sedes tenuerunt, & à quibus Pœni in Africâ traxerunt originem suam. Sanè Phœnices, atq; inter hos Tyriac Sidonii, ex Cananæis fuerunt, Neq; enim omnes Cananæos expellere potuerunt Israëlitarum, sed pati necesse habuerunt, ut quidam retinerent antiquas sedes, ut ex libro Josuæ constat, Tyro deinde profuga Elissa sive Dido, in Africâ primò arcem exstruxit, deinde & urbem condidit, quibus nomina indidit ab Hebræâ dialecto vix quicquam discrepantia. Arcem quam condidit, conicere licet, ab ipsâ vocatam esse תצרת: quo nomine in ipsâ Asiâ quoq; urbes quædam appellatæ fuerunt, ut ex sacris constat. Id nomen Græci ac Latini transformerunt in *Bύρσι*: quasi Græcum nomen arci fuisset inditum. Urbs ipsa tali nomine dicta est quæ *novam urbem* significare potest. Latini & Græci non satis integrè nomen expresserunt. Illi urbem vocarunt Carthaginem: hi verò *καρχηδόνα*. Solinus etiam sic expressit *Carthada*, ut supra diximus. Compositum est nomen ex vocibus Hebræis תצרת *urbs* & חדשה *nova*. תצרת quod in posteriore parte est, non apparet in istis formis, quibus Græci & Latini expresserunt. Ceterum non opus est, ut priorem partem nominis ut quidam faciunt, dicamus fuisse תצרת, formâ Chaldaicâ pro Hebraicâ תצרת. Sufficit dicere, ex תצרת in compositione, & cum adficiendum quippiam esset, necesse fuisse תצרת formari, quem-

quemadmodum aliàs talia nomina, si quid adjiciatur, isti-
 usmodi formâ solent affici; atque adeò קרתִי ipsorum
 quoque Pœnorum fuisse vocem. Porro notum est, à Pœ-
 nis frequentata fuisse nomina, ex כעל genuino Hebraico
 vocabulo, composita, Hannibal puta, Adrubal, Adherbal,
 Merbal, Apud Tyrios item nomina fuerunt ex כעל com-
 posita. Ex sacris notum est ארתבער nomen Regis Ty-
 riorum, qui Achabo אבדעוֹ fuit. Josephus in l. c. Ap.
 ex Diu Phœnicicis vocat Ειδάβαλον. Qui & alium Regem
 Tyriorum ibidem vocat Αδβαλον. Id Tyricè, atque adeò
 Hebraicè quoque exprimitur ארתבער; prorsus ut He-
 braica alia אבירב, אבירב, אבירב. Augustinus prodidit, apud
 Pœnos Baalsamen significare Dominum cœli. Vide quæst.
 XVI. in l. Jud. Servius item disertè ad l. Æneidos: Lin-
 guâ Punicâ Deus Baal dicitur. Ithobal sive Ethbaalis filia
 fuit ארתבא quam Achabus, Rex Israël, sibi matrimo-
 nio junxit. Ejus nomen & ipsum Hebraicam formam
 habet. Posterior pars est ארתבא: quæ formam habet,
 apud Hebræos pervulgatam, & fortasse habitationem signi-
 ficat. In sacris ארתבא habitaculum, & deinde cœlum signi-
 ficat. Prior pars ita hîc apparet, ut in nomine ארתבא, quod
 summi Pontificis Eli nurus suo filio indidit, cum intelle-
 xisset arcam Domini à Philistæis captam esse, de quo vi-
 de l. Sam. IV. itemq; in nomine ארתבא filii Aaronis. Si-
 gnificat autem ארתבא non, estq; recisum ex ארתבא sive ארתבא. Ap-
 paret etiam extra compositionem: ut Job. XXII, 30.
 ארתבא non innocens. Sunt & multa alia, quibus doceri po-
 test, Linguam Phœnicum & Pœnorum admodum nihil
 discrepassè à L. Hebræâ. Nobis v. plura congerere non
 liber, quòd sciamus talia accuratè congesta esse à Cl. Bo-
 charro in lib. Canaan; itemq; à Cl. Reinesio in de Lingvâ
 Punicâ i ερωτημέναις.

ΠΑΡΕΡ-

Prodit horribilis liber εις φάσος, ηελιοσ,
 Quem facius fuerat δομον εις αιδας περιεσας
 Atque ibi cum domino κλαίειν τε κ' αλγια πιζειν.
 Non hominis facies, απαρ ηεσφουλις ερινυδς
 Sustulit hoc monstrum, δειδς, μίρα πηρα βεβησι.


Illis Dominici Baudii versiculis liber uti ad designandum facerrimum istum libellum, quem autor defensionem pro populo Anglicano inscribit. Hunc cum animadvertamus in multorum versari manibus, libet quadam ejus redarguere, quemadmodum jam antehac facere cepimus. In c. IV. p. 123. hoc reperies: Jehu Regem à Prophetà jussus occidit, etiam Achaziam suum Regem legitimum occidendum curavit. Si nolisset Deus tyrannum interimi à cive, si impium hoc, si mali exempli fuisset, cur jussit fieri? si jussit, certè licitum, laudabile, præclarum fuit. Non tamen tyrannum perimi, quia Deus jussit, idcirco bonum erat, & licitum, sed quia bonum & licitum erat, idcirco Deus jussit. Quem in finem ita differat autor, facile constat. Si verò istum in modum colligere liceat, efficiam ego, etiam in viciis licere bona eripere: gentem nullà re te ledentem sedibus suis expellere, aut occidere: filios suos mactare aut immolare; quoties talia in mentem venerint. Nam & talia facere aliquando jussit Deus: ubi tum imperata facere, licitum quoque, laudabile ac præclarum fuit. Verum enim vero falsissimum est illud, ex quo iste homo colligere instituit, talem actionem, quam patrare Deus aliquando jussit, quovis tempore licitam ac laudabilem esse, tum quoque, ubi præceptum de istiusmodi actione non habeas. Cum S. Abrahamus jussus esset mactare filium suum, præclarum ac laudabile fuit, eundem jussa capeffere, atque ad exequendum paratum esse. Cum autem quidam reges & ipsi filios suos immolarent, hos eo nomine reperimus gravissime reprehensos. Differit de isto argumento S. Augusti-

Augusti-

Augustinus lib. I. de Civ. Dei c. XXI. Quod caput quia elegans est, totum adscribemus, & argumentum item disputandi velimus esse. Quasdam verò exceptiones, inquit, eadem ipsa divina fecit autoritas, ut non liceat hominem occidi. Sed his exceptis, quos Deus occidi jubet, sive datâ lege, sive ad personam pro tempore expressâ jussione. Non autem ipse occidit, qui ministerium debet jubenti, sicut a dminiculum gladius esse utenti. Et ideo nequaquam contra hoc præceptum fecerunt, quò dictum est, non occides, qui Deo autore bellum gesserunt, aut personam gerentes publicæ potestatis, secundum ejus leges, hoc est, justissimæ rationis imperium, sceleratos morte punierunt. Et Abraham non solum non est culpatus crudelitatis crimine, verum etiam laudatus est nomine pietatis, quòd voluit filium nequaquam sceleratè, sed obedienter occidere. Et meritò queritur, utrum pro jussu Dei sit habendum, quòd Jephthæ filiam, qua patri occurrit, occidit, cum se immolaturum Deo vorisset, quòd ei redeunti de prælio victori primitus occurrisset. Nec Sampson aliter excusatur, quòd seipsum cum hostibus ruinâ domus oppressit: nisi quia Spiritus latenter hoc jusserat, qui per illum miracula faciebat. His igitur exceptis, quos vel lex justa generaliter, vel ipse fons justitiæ Deus specialiter occidi jubet, quis quis hominem vel seipsum, vel quemlibet occiderit, homicidii crimine innectitur.

II. Quòd Tertullianus in Apologetico ita disserit, Dicam planè Imperatorem Dominum, sed quando non cogor, ut Dominum Dei vice dicam. Ceterum liber sum illi: Dominus meus, Deus unus est, ex eo Miltonus ineptè colligit, se Tertullianum habere opòρνον in eo, quòd existimat, si Imperator tyrannus sit, eum licere occidi. Nimirum istâ suâ oratione Tertullianus modò hoc voluit, Imperatorem non ita esse Dominum, ut ei divinis præceptis adversanti, ac illicita imperanti sit parendum. Inter hæc duo, non obtemperare Imperatori id quòd illicitum est, imperanti, sive illud non facere, & malum Imperatorem è medio tollere, permultum interest.





Moyſis, ejus, inquam, Viri, qui in
 cæteris non venit, ſed antè deceſſit
 gitur Gen. XXIII, 19. *Sepelivit Abraham, in ſpeluncâ agri duplici, quæ reſpiciebat
 bron in terrâ Canaan.* Tria igitur no-
 ſervare licet, *Mamre, Hebron, Kirjath*
 tuſtiſſimum eſt, *Mamre*; ei proximè
 autem eſt noviſſimum, & ab *Arb*
 brevi tempore antè, quam *Iſraëlitæ*
 rent. Quod ex eo intelligi licet, quod
 os *Enaki*, atque ad eò nepotes *Arb*
 lerunt, ut proditum eſt *Joſuæ XV*,
 na urbium, *Jericho, Ai, Gibeon* fre-
 re quam *Iſraëlitæ* in *Palæſtinam* ve-
 multis eſt opus? Considerentur me-
 nes ſacrorum ſcriptorum: *Kirjathbar-
 tem: Kirjathbaal, hæc eſt Kirjathjearim
 Kirjathſanna, hæc eſt Debir, v. 9.* Non
 intelligere poſſumus, quàm eas urb-
 bronem, *Kirjathjearim, Debir* appellar-
 mùm in *Palæſtinam* venirent, atque
 buiſſe hæc nomina, *Kirjathbarba, Ki-
 Vetera nomina, inquam, exponere
 & ſimul ſignificare quibus nominibus
 opida, cum ipſe ſcriberet. Quis
 vetera nomina antè voluiſſe veterere
 & non potius genuinam formam, quæ
 dialecto habuerunt, nobis demonſtrare*

11. Si verò de nominibus urbium
 ea ab *Iſraëlitis* verſa fuiſſe, atque per
 andem modò ſententiam haberent;

una cum
 Hebron le-
 uxorem ſu-
 hæc eſt He-
 urbis ob-
 quibus ve-
 : tertium
 oſitum,
 nam veni-
 æ tres fili-
 one expu-
 lia nomi-
 erunt, an-
 Quid verò
 locutio-
 Hebron. I-
 . Item:
 iud ex his
 ælitæ He-
 m ipſi pri-
 antea ha-
 jathſanna.
 r ſcriptor,
 ellarentur
 at, ipſum
 recenſeret,
 anæorum
 deremus,
 us quæ e-
 m deceſſet,
 quo

